

Arnold Bonn


**IN DIE ASCENSIONIS DOMINI, ELEGIA || gratulatoria ARNOLDI BONNI, scripta ad Clarissimum uirum D.IOHANNEM PENNIGBVTTEL I.V. Doctorem et patriicum Lubicensem, dominum et || patronum suum omni pietate uenerandum. || ... ||**

Rostock: Dietz, Ludwig (Erben), 1560

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882022482>

Druck Freier  Zugang






Cq - 1289



VD 16 B 6618



IN DIE ASCEN-  
SIONIS DOMINI, ELEGIA  
gratulatoria ARNOLDI BONNI, scripta ad Cla-  
rissimum uirum D. IOHANNEM PENNIG-  
BUTTEL I. V. Doctorem & patri-  
cium Lubecensem, dominum &  
patronum suum omni pie-  
tate ueneran-  
dum.



EPIGRAMMA

Iohannis Boeri.

Aonia Christi describit uoce triumphum,  
Eius & hoc laudat carmine Ponnus opus.  
Quisquis ades Iuuenis non dedignare Poetae,  
Voluere disparibus condita scripta modis.  
Eius adhuc tenera latitat quæ mæsis in herba,  
Progressu fructus temporis illa dabit.

ROSTOCHII

Ex officina hæredum Ludouici Ditiij.

M. D. LX.

Clarissimo uiro D. M. Iohanni Stenkampio  
ano & conterraneo suo dilectis. Arnold. Bon. da.



10. 01. B. 6618.

CLARISSIMO VI  
RO, ERVDITIONE ATQ; VIRTU-  
TE PRÆSTANTI DOMINO IO-  
HANNI PENNIGBVTTTEL,  
I. V. DOCTORE, DO-  
mino & patrono suo omni  
pietate colendo.  
S. P.



Æc ascenditis tibi dedita carmina Christi  
Mittimus, ò patriæ, Iuris & altus ho-  
Quod facerem certè ratio me mouit honesta, (nos.  
Musa nec hoc temere nostra recepit onus.  
Scilicet Aonijs & tu quoq; notus in antris,  
Disparibus iungis uerba diserta modis:  
Nec solum magni te clara scientia Iuris  
Ornat, & immensa dexteritate beat.  
Sed quoq; te Graius, Latius quoq; iactat Apollo  
Cultorem gentis, præsidiumq; suæ.  
Ergo tibi nostræ quoq; mitto carmina uenæ,  
Atq; patrociniū, quæro, petoq; tuum,  
Carmina suscipias animo tibi missa benigno,  
Curret in optata tum mea puppis aqua.

Tuæ excellent:  
omni obseruantia deditis:

Arnoldus Bonus  
Lubecensis.



ELEGIA GRATV  
LATORIA IN DIE AS-  
CENSIONIS DOMINI.

Arnoldi Bonni Lube-  
censis.

PER noua laudandum dicemus carmina regem,  
Hic mihi præcipua laude canendus erit.

Namq; dies agitur summi quo rector Olympi,  
Scandit ad astrigeri regna beata poli.

O ueneranda dies qua non optatior ulla,  
Dum mare, dum tellus, dum stetit unda, fuit.

Vnica tu requies, dici finisq; laborum,  
Quos Deus infenso liberat hoste, potes.

Perpetuum salue multis ó clara triumphis,  
De quibus hæc celebris pompa canenda mihi

Nam Deus excelsò uenit qui uertice cœli, (est.  
Inuehitur celeri per loca celsa pede.

Atq; ubi tunc fuerat, cum secula nulla fuerunt,  
Hæc iterum uictor regna beata petit.

Illius æterna celebremus uoce triumphos,  
Nam fert iam placidos in sua regna pedes.

Sancta salutifero psallemus iubila Christo,  
Qui gerimus summo dedita corde Deo.

A 2

Latius



Læticia perfusa noua mens cārmina dicat,  
 Et laudet facilem quo decet ore Deum.  
 Et quæ non celebrat tantæ præconia laudis,  
 Turba triumphanti non fauet ista Deo.  
 Excipite ò placido uenientem pectore regem,  
 Qui colitis pura simplicitate Deum.  
 Non uenit horribilis sicut de uertice montis  
 Sinaidos, populo conspiciendus erat.  
 Cum ferus à summo torquebat fulmina cælo,  
 Cum madidus subitis imbribus aer erat.  
 Cum uaga Sinaidos tremuerunt uiscera rupis  
 Ferre nec aspectus cum potuere Dei.  
 Sed modo placatus ueteri nec percitus ira,  
 Mitior & multo quam fuit ante uenit.  
 Ipsius effusum nunc gratia spirat odorem,  
 Ad ueniam celeri nunc datur ire pede.  
 Non memor antiqui, sed adhuc est criminis osor  
 Et fuga peccati, quæ fuit ante, manet.  
 At Deus hoc uitium placidus non imputat ulli,  
 Iram deposuit nam semel ille suam.  
 Fœlix ò nimium, cui tot peccata remisit,  
 Cuius ut in uolucris crimina tecta latent.  
 Ergo Deo grato dicemus pectore laudes,  
 Qui sumus à stygia turba redempta domo.  
Nunc



Nunc Deus inuebitur nullo sed fulmine septus,  
Illius ad uultus tam uia lata patet.  
Obuius est cunctis tollat peccata, leuetq;  
Voce Euangelij tristia corda sui.  
Solatur miseros, omnes trahit ille uolentes,  
Scandere ad astriferi regna beata poli.  
Gratia prima Deo, qui sic splendescere mundo,  
Aduersus mortem dogmata clara cupit.  
Scimus enim, fumus tristi qui morte sepulti  
Ianua, quo ueniæ sit referanda modo.  
Nunc igitur læta te Christum uoce canemus,  
Te tuba, te plectrum, te lyra nostra canet.  
Fundite dulcisonis lætantia carmina linguis,  
Ipsius ut sanctum nomen in astra ferant.  
Omnia latiuagæ lætentur climata terre,  
Quicquid hoc mundi machina tota tenet.  
Dulcia ueliferum resonet modo gaudia pontus,  
Quicquid illius uasta lacuna tenet.  
Carminibus celebrate nouis, date carmina regi,  
Dicite ad argutum uerba canora chelin.  
En Deus inuebitur, quem gloria certa sequetur,  
Et decus hoc omni tempore laude feret.  
Hanc celebrent gentes, post secula longa future,  
Nemo nec illius non meminisse uelit.

A 3

Nunc



10. 21. B. 6618.

Nunc Deus ó placido ueheris super æthera curru,  
Quæq; hostis meruit præmia digna tulit.  
Quot tamen hic currus, qui sunt hic mille triumphi?  
Quos aliquis certe uix numerare potest.  
His Deus inuebitur, ducens tot millia secum,  
Quot rursus sæuo nuper ab hoste tulit.  
Post currus sequitur cætus sacer, heu malus hostis  
Quem semel ad stygiam præcipitarat aquã.  
Hi quoq; tunc gelidis, quia surrexere sepulchris  
Concelebrant laudes maxime Christe tuas.  
Incedunt alij, qui Musica plectra mouebant,  
Tangentes manibus nabla canora suis.  
Hinc ibant teneræ gestantes plectra puellæ,  
Tangentes digitis timpana pulsa suis.  
Incedunt Iuuenes pariter, pueriq; senesq;  
Psallantes summa iubila læta Deo.  
Stabat at in medio iustissimus agmine uictor,  
Curribus affigens iusta trophæa suis.  
Horrida crux, etiam curru pendeat ab alto,  
Qua Deus immerito corpore fixus erat.  
Tunc quoq; Chirographum, quod nos sub crimine  
Depressit, sæuæ f. erat ille cruci. Cuidos  
Quo prius in famem nos ire coegit ad orcum,  
hoc Nunc nihil ad in nos iuris habere potest.  
Præce



Præcedit currus diris mors uincta catenis,  
Temnere qui dominum Lucifer ausus erat.  
Ecce trahatur quisquis fuit ille malorum,  
Eux qui primum noxia poma dedit.  
Ibant hi tristes, sua nam casura uidebant,  
Esse per hunc unum regna superba Deum.  
Mors dolet (& rapidos ibat laniata capillos)  
Unius ob meritum se perijisse Dei.  
Scilicet in talem fueras seruata triumphum,  
Illa fuit poenæ debita culpa tua.  
En modo magnificè qui nos mors dira solebas  
Sternere, magnifico uulnere strata iaces.  
En lapsi fuimus possemus surgere. Verum  
Ista est perpetuo poena luenda tibi.  
Scilicet hoc fuerat cur sic nocuisse uolebas,  
Nunc uis quæ subito languida facta tua est?  
At tibi perpetuo sit laus & gloria Christe,  
Officio nobis reddita uita tuo est.  
Quanta tui fuerat Deus excellentia gressus,  
Nulla dies æui non meminisse potest.  
O igitur confors tanti pia turba triumphi,  
Ipsa Deo laudes que potes ore, refer.  
Quos tulit & Christus tantos ne sperne labores,  
Cum tua diuina uincla leuaret ope.  
Namque



100. 2. 6618.  
Namq; triumphauit de leta morte uicissim,  
Illius æterna quo fruere[m]us ope.  
Et licet æterni scandit nunc limina coeli.  
In terris miseros nos tamen ille regit.  
Nam sedet ad dextram simili cum numine patris,  
Tunc ubi erat cum non terra nec unda fuit.  
Vt mortale genus certo sibi foedere iunctum.  
Protegat, & cunctis liberet ipse malis.  
Ergo illi referat meritas Ecclesia laudes,  
Et celebret toto nomen in orbe suum.

FINIS.











